



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER
EOBANVM || HESSVM.||**

Hessus, Helius Eobanus

Lipsiae, 1557

VD16 B 3198

Psalmvs XCII. Bonum est confiteri Domino, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69301)

Causa promis
fondim, quod
Deus non po-
test decesse his
qui sperant su-
per misericor-
dia eius, et fidu-
cia misericor-
dite orant pro
liberatione.

Me siquidem, Deus inquit, amat, bona largiar illi,
Omnia ut expediens per mala uictor eat.
Nam quia cognouit qua sim pietate, quibusq;
Viribus, haud ullis uiribus ille cadet.
Me uocat ille, nibi libet exaudire uocantem,
Robur in aduersis sentiet ille meum.
Cuncta mala auertens ab eo bona cuncta tuebor,
Ipsius hinc clarum gloria nomen erit.
Hunc ego longæuos faciam superesse per annos,
Illi plena meæ uita salutis erit.

PSALMVS XCII.

Bonum est confiteri Domino, &c.

ARGUMENTVM.

Est plena consolationis gratiarum actio
pro benignitate Dei, qui bonos & Ecclesiam
seruat, malos autem, quantumuis florent,
perdit.

Exultans animo diuini oracula uerbi,
Gaudet, & effertur cognita facta sibi.
Namq; fide nouisse Deum uerboq; uideri,
Cultus hic est ipsum maximus ante Deum.

¶ & @.

Merito prædi-
cantur Dei o-
pera.

Conmoda res & pulchra Deū celebrare potest
Garminaq; excelsō psallere multa patri.
Vt tua summa pater bonitas memoretur ad ortum
Lucis, & ut noctu sit tua nocta fides.
Vt tua cantemus dulci præconia nabo,
Et Cithara cordis te resonante decem.

Totus



Totus enim ceu lāetitia rapiente fluebam,
Quando opera afficio quæ tua dextra facit.

Totus adhuc contemplandis lātabor in illis,
Quæ tam magna tuae constituere manus.

Quidm sunt magna Deus quæ tu facis omnia? quā sunt Narratio ope-
rum Dei, quod
sanctorum cu-
ram agit, ma-
los autem odit
& perdit.

Intima consilij non penetranda tui?
Talia desipiens ignorat inertia, nec dum
Pectore qui toto nil sapit, ista uidet.

Impius in morem florescit inutilis herbæ,
Quo sceleratus homo floreat omnis habet.

Scilicet ut totus uita euacuetur ab ista,
Et reuocare ipsum sæcula nulla queant.

Tu tamen dominus superum rector celsissimus, orbis
Maius in hac fabrica, te nihil esse potest.

Ecce tui pereunt hostes Deus ecce peribunt,
Quorum dextra nocens, uita scelestæ fuit.

At mea tu firmans attolles cornua in altum,
Sicut cornigeræ cornua sola feræ.

Iam mihi perfusus succo fragrantis oliuæ,
Iam uideor fusio nectare floridior.

Gaudebunt mea cum spectabunt lumina pœnas,
Quas luet hostis atrox, qui mihi damna tulit.

Lāetitia mea tunc saliet, quando audiet auris
Insidiatores interisse meos.

Iustus ut aëriæ florebit brachia palmæ,
Crescat ut in Lybani collibus alta Cedrus.

Inserti in Domini templo quicunque uiresentur,
Atria florebunt per speciosa Dei.

Quin etiam uiridem ducent in flore senectam,
Pinguis in ipsorum corpore succus erit.

Ecclesiæ pro-
missiones.

Etiam si mun-
dus opprime-
re eum cona-
tur, tamen as-
surget ut pal-
ma contra mo-
lem, & late dif-
fundere tramos
benedictionis.

O 2

Vt

*Vt sit nota Dei bonitas, nostræq; salutis
Gloria, cui prauis nullius ulla nota est.*

PSALMVS XCIII.

Dominus regnauit, decorem indu,

ARGUMENTVM.

Prophetia est de Regno Christi per totum mundum, & de furore mundi, conantis frustra hoc regnum abolere. Magnifice autem commendat doctrinam Euangeli, qua regnum hoc constituitur, quod & certa sit, & orniet Ecclesiam sanctitate, sicut Christus dicit Ioan. XV: Vos estis mundi propter sermonem quem dixi uobis.

*Sceptra triumphanti dcberi maxima Christo,
Quam late rerum tenditur omne genus.*

*Huic tamen affurgent regno regna omnia mundi,
Namq; hoc perpetuo stabit, at illa cadent.*

Narratio, Christus regnat per Euangelium.

Significat hoc regnum non in uno angulo Iudeæ, sed in totῳ orbe esse.

Germanica translatio sententiam melius reddit.

SCeptra manu Dominus conquaſſans regia fortis Et decus & pompas induit ipſe ſibi.

Præualidus multo succinctus robore uictor,

Magnificos cultus induit ipſe ſibi.

Terrarum tantis fulciuit uiribus orbem,

Amplius ut iam non ulla mouere queat.

Iam ſedes firmata tua inde ab origine rerum eſt,

Qui ſine principio es, qui ſine fine manes.

Inſonuere procul fluij, ſonuere procellæ,

Concita terrifragis flutibus unda fremit.

At

